

WILEBRORDI SNELLII R.F.  
DE  
RE NUMMARIA  
Liber singularis.



EX OFFICINA PLANTINIANA  
RAPHELENGII,  
M. D. CXLII.



Clarissimo Consultissimoz

vivo,

HUGONI GROTIO,

Hollandiæ & Zelandiæ

FISCI ADVOCATO.

**M**VTVA rerum commercia  
necessitas in humanam societa-  
tem initio quidem introduxit,  
eandem utilitas deinde fre-  
quentavit. Nam primitus agricola, pastores,  
venatores, aucupes, piscatores, mellificato-  
res, arboratores, reliquique etiam opifices  
commutabant ea quibus opus non esset, ut  
acciperet aliunde quæ sibi deessent. apud quos  
permutationis huius comoditate & dulcedine  
delimitos, tandem etiam mercaturæ usus in-  
ualuit, merciumque inexplebilis satietas eo-  
rum animos inuasit. Veruntamen cum in  
simplicissimâ illâ rerum permutatione pretio-  
rum sæpè maxima inæqualitas valdè impor-  
tuna, & quasi assidua τῆ ἀλλοτριῶν, ut Ari-

WILEBORDI SNELLII  
DE  
RE NUMMARIA  
LIBER VNICVS.



NUMISMATVM priscorum ratio-  
nem summam & breuiter hic referre  
constitui: vnde veteris monetae valore  
cum cuiusq. seculi & loci aestimatione  
contendendi ratio semper esset in pro-  
prietate, atque ita scriptoribus priscis aliquam facem  
allucere. Neque vero, id ea fine, vt alius suum  
honorem eam praereptum: sed potius vt illis, si  
quid ab ipsis veritati congruenter dictum sit, suam  
aestimationem factam rectam praestarem: si quid  
a nobis accuratius inuestigatum, id publicae utili-  
tati ne inuiderem. E numismatum igitur generi-  
bus Romana maxime & Graeca explicare consti-  
tuit. Pecunia est triplici metallo triplex fere in usu  
fuit, cuius primus autor ignoratur, vetustissima  
mentio in sacris Gen. cap. 33. commate 13 propo-  
sita videtur, vbi Abrahamus agrum ab Ephrone ad  
sepulturam vxoris emit: ita tamen vt dubium sit  
argentumne illud signatum etiam, an tantum ad  
pondus expensum fuerit, certe Abrahamus non  
numerasse, sed Ephroni appendisse dicitur qua-  
dringentos siclos. Et filii Iacobi patriarchae Geneleos  
capite 43 commate 21. aiunt Iosepho se referre  
pecuniam secundum pondus suum. Sed ad Ro-  
manam rempublicam me confeto.

primus